

MCLXXX. { die X. nov. pag. 52. } legebam ego
 { die XI. nov. pag. 219. }

die XIII. v. col. 78. n. 61.

MCCII. die XV. aprilis pag. 55. corrige die
 XIV. v. col. 128. n. 110.

MCCIII. XXX. martii pag. 55. legebam in collect.
 Burg. die XXVIII. sive IV. exeunte martio v.
 col. 33. n. 118.

MCCVI. XXVI. aprilis pag. 70. corrige XXV.
 april. vid. col. 142. n. 126.

MCCXXII. XX. aprilis Breve Hon. III. pag.
 197. corrige MCCXX. uti in pag. 178.

MCCXXII. IV. junii pag. 143. Quæ erit hæc
 charta? puto indicatam forte quam posui n. 175.
 IV. januar. vel n. 176.

MCCXXVII. mense maii Breve Hon. III. Epif.
 Pap. ex Ughell. pag. 23. Hon. obiit die 18. martii
 anni MCCXXVII.

MCCCXLVI. Breve Clement. PP. V. pag. 187.
 corrige Clem. PP. VI.

MCCCIV. XXIX. nov. pag. 184. Brev. Bened.
 XI. corrige MCCCIII. nam Bened. XI. obiit die
 VI. julii MCCCIV.

MCCVIII. pag. 185. corr. MCCCVIII.

MCCCCXIII. concessio bonorum a Johanne XXII.
 facta corr. Johanne XXIII. alia leviora præmitto.

MCCXX. n. 159 col. 173. lin. 3. post scripsi
 adde sequentia, quæ prætermisit Typographus.
 Ego Uberius Notarius Palatinus videns, & legens
 autenticum huius exempli factum &c.

MCCXX. col. 173. n. 160. Hoc & præcedens do-
 cumentum edidit V. C. Malacarnes pag. 250. & 251.
 Ubi minoris momenti lectionibus prætermisiss l. 16.
 emendandum est nomen Uriliole in Uviliolæ, ut lege-
 bat Turrius, vel VViliolæ, ut meum habet exemplar.
 notandum autem hoc præceptum sancitum die 23.
 octobris, minime vero die 20, ut sentire videtur V.
 C. Chenna pag. 143.

MCCXXI. col. 173. n. 161. Refert hoc documen-
 tum Chenna sub anno 1220, cui reliquæ notæ haud
 conveniunt, ut innui in ejusdem animadversione. Illud
 mirum proferri ab eo sub auplici ac diversa diei nu-
 meratione scil. pag. 179. sub die 10 aprilis, pagina
 vero 114. sub die 10. augusti.

MCCXXIII. col. 174. n. 162. lin. 18. indi&. II.
 corrige XI. Typographus numerum arabicum pro Ro-
 mano accepit.

MCCXXIII. col. 174. n. 163. dies mensis in au-
 tographo recens obtento est trigesima, ut in nota le-
 gendum esse statueram.

MCCXXIII. col. 175. n. 164. Ex collatione cum
 Autographo capituli recens a me facta hæc mutanda:
 lin. 30. ista l. tota lin. 40. monasterii l. pro mo-
 nasterio. Monendus autem lector, ne hujus, ac supe-
 rioris documenti duplex titulus ei fucum faciat, hæc
 duo imprudenter disjuncta, quæ ad unam pertinent
 sententiam eo modo, ut prius sub n. 163. sententiæ
 præambulum sit, ac quasi forma quædam legali sen-
 tentiæ prævia.

MCCXXIV. Col. 176. n. 165. En lectiones Auto-
 graphi Tabularii capituli: quod tamen fallit in die
 mensis. Non enim IV. sed III. januarii scribere de-
 bebatur Notarius. lin. 35. Henrico Canavario ibi le-

gitur hēn, hēn. Canavario. lin. 41. ubi puncta addē:
 & habituri sunt. lin. 44. & 45. sic emenda: D. Al.
 Dei Gratia electo, & G. præposito Saon a Vene-
 rabili patre &c.

MCCXXIV. col. 176. n. 166. collatum fuit cum
 autographo, ex quo hæc habeto: lin. 59. VII. legi-
 tur XII., ut in notis emendaveram. lin. 61. Archie-
 piscopo.

Col. 177. lin. 9. concedit l. ubique credit. lin.
 10 49. respondet, quod bene credit. lin. 51. D. Petri
 in prædictis l. Sancti Petri in fontibus.

Col. 178. lin. 9. autogr. habet penentialium.
 lin. 15. monasterii, privilegium Dudonis fuit l.
 monasterii esse privilegium Dudonis, fuit &c. Po-
 sitiones a linea 14. ad lineam 20. lineolis in auto-
 grapho erant transfixæ. lin. 21. illa verba l. illa duo
 verba. lin. 21. fuit l. nam fuit. lin. 27. ab octo l.
 a septem. In. lin. 30. per l. per illos a tergo mem-
 brana inscriptus erat titulus: POSITIONES ABBA-
 20 TIS S. PETRI.

MCCXXIV. col. 178. n. 167. Nuper in manus
 incidit aliud hujus conventionis exemplar a V. C.
 Gatti Aquensi olim exscripto, in quo hæc licet par-
 vi momenti differentias notavi.

Col. 179. lin. 7. guerriaverint legitur guerri-
 verit lin. 10. possit l. poterit. lin. 19. Alexandriæ
 guerriaverint l. Alexandrinis guerri-zaverint.

Indicat autem Gatti ex modo, quo eas profert se
 antiquum, atque indubium præ manibus exemplar
 30 habuisse, quemadmodum ex aliis correctionibus, quæ
 in folio separato conscripserat, circa docum. n. 99.
 col. 113. idem quoque colligitur.

Unde autem Gatti illud exscripserit, eo tacente
 vix argui potest.

Inveni equidem recenter epistolam a Burgontio q.
 Can. Alex., & V. G. ipsi datam, qua scribebat
 apud se extare tabulas fæderis inter Alexandrinos,
 & Aquenses percussæ VII. Kalendas Augusti. Anno
 MCCXXIV. At ni erraverit in diei, ac mensis
 computatione, quæ istæ tabulæ sint, fateor ignorare.

In annalibus MS. Schiavinae ad annum MCCXXIII.
 refertur mandatum Consulum Aquensium ad transi-
 gendum cum Alexandrinis, quod sic habet: Anno
 Domini MCCXXIII. VII. junii in Ecclesia s. Ma-
 ria Majoris de Aquis Consules Aquenses D. Be-
 lengerius, Jacobus Boccaccius, & Arnaldus Bru-
 na . . . donant Consuli de Porta, & Henrico
 Botaccio Ambaxiatoribus communis de Aquis li-
 centiam . . . perficiendi, & ad concordiam
 50 deducendi lites, & controversias vertentes inter
 commune Alexandriæ, & commune Aquis occa-
 sione unionis castrorum, & quacumque alia ratio-
 ne, & de his ponendi se in D. Guifredum de Pi-
 rovano, promittentes. Quidquid per eos factum
 fuerit, vel gestum ratum habere ec. At nec mensis
 nec dies concurret. Cæterum, & illud memoria dignum
 ambo ista fædera, quæ sub n. 167-168. col. 178.
 179. 180. 181. integre descripsi, quæque insigniora
 sunt Historiæ Aquensis monumenta, utpote duarum
 æmularum civitatum jam per plura lustra inter se
 invicem acerrimo bello conflantium concordiam, ac
 pacem continentia, Malacarnem, ac si de re parvi,
 aut nullius momenti ageretur, XIII. circiter lineis,